

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Antichristus x  
cum fontibus proximo et primo

**In templo.... Haymo.**

Nascetur autem antichristus in babilonie de tribu dan.  
iuxta quod iacob ait. Fiat Dan coluber in via.  
cerastes in semita. Et cum venerit  
hierosolimam circumcidet se dicens iudeis.  
Ego sum Christus vobis promissus.  
Tunc confluent ad eum omnes iudei. et reedificabunt  
templum a romanis destructum,  
sedebitque ibi dicens se esse deum.

*Glossa ordinaria, liber epistolae secundae ad Thessalonenses, 2 (Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).*

Nascetur autem antichristus in Babilone de tribu Dan, iuxta quod Iacob ait: Fiat Dan coluber in uia, cerastes in semita et cetera. Et cum uenerit Ierosolimam circumcidet se, dicens Iudeis: Ego sum Christus uobis in lege promissus. Tunc confluent ad eum omnes Iudei et reedificabunt templum a Romanis destructum, sedebitque ibi docens se esse Deum.

Aymo in glossa II. ad Thessalonicense II. capitulo.

Nascetur Antichristus in Babylone de tribu Dan,  
juxta quod Jacob dicit: Fiat Dan coluber in via,  
cerastes in semita (Gen. xl ix). Et cum venerit  
Hierosolymam, circumcidet se, dicens Judaeis:  
Ego sum Christus vobis promissus;  
tunc confluent ad eum omnes Judaei, et reaedificabunt  
templum, quod est destructum a Romanis,  
sedebitque ibi, dicens se esse Christum.

Haymo Halberstensis, *In divi Pauli epistolas expositio, in epistolam II. ad Thessalonicense, 2 (PL 117, col.780A-B).*